



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sobrietas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A cultu prosequeremur, idque die, quo præcipue oriretur, solliciti admodum essent animadvertent, Orygem sideris ejus ortum sentire, atq; etiam clamore edito significare, quasi vel ortum nunciet, vel salvere jubeat. Sedenim eo tempore quo astrum illud oritur, ajunt Capras omnes, quotquot Ægyptus habet converfas ad ortum prospicere, peractamq; ita revolutionē cum fide fieri exploratam, consentireq; in id Mathematicorum supputationes. Quinetiam, ut nonnulli alii tradunt, Oryx stat contra, contueturq; stellam, ac, veluti numen a deſe ſentiat, procumbit adorabundus: quare primas illi partes in hujusmodi ſignificato tribuere, cum *συμπληρεα* tam inſignis cum eo ſidere animal moveret, & ea viderent ab eo deprehenſa, quæ longa mortalium ſtudia non niſi multarum ætatum ſucceſſu & obſervationibus per manus traditis, conſequi potuere: cœli motu præſertim aſſidue variante, quadamque veluti trepidatione vacillante.

SOBRIETAS. CAP. XVI.

Habet & id temperaturæ cum Sirio, quod velut ille *ſitim ſemper affert mortalibus* (ut Maro dixit) *Æneid. lib. 10.* *agrīs*, hic aſſiduam, imo perpetuam ſitim præfert, & ex natura loci potu omnino caret. Quare virum perpetuo ſitientem, imo dixerim ego maxime ſobrium, per hujus animalis effigiem ſignificabant: quin & remedia ſitientibus ex eo comparabant, liquore quodam in ejus corpore hautus ſaluberrimi reperto.

DE OVE. CAP. XVII.

Ovis nunc perſe quar ſignificata, verum ea non tam ab Ægyptiis, quam ab Hebræis & Græcis authoribus deſumpta, quibus ſecunda etiam addemus à Romanis accepta: trahet vero ſecum hæc diſtictio Agnum ſimul & Arietem.

STULTITIA. CAP. XVIII.

In primis autem ſignificatum illud ſuper Ove comperi ut ex ejus ſimulacro ſtultitia ſignificaretur: nam uſurpatione vulgi Ovis cognomento inſipientes appellantur, in quos adagium etiam fertur, *ωρεσθησθεις βιωσιν*. De ſocordia vero ſtoliditateque animalis illud in ore omnium, *ωρεσθησθεις ηθος*, *Inſtar Ovis*, Latini dicunt, quod more Ovium Græci Et Ariſtophanes, Veſpiſ, ad hujusmodi ſtoliditatem reſpiciens, conſidère ait ovillum pecus in concilio. Quare Accius in ſomniis ponit ovillum ſæctum in Tarquinium, concitatum, tanto vero impetu arietantem, ut Regem ſolo proſternat, quod Brutum indicabat, quem Tarquinius hebetem æque ac pecus eſſe putabat, nomine etiam ex re, quæ ſimulabatur indito, cum tamen is pectus egregie ſapientia munitum gereret. Sed & Fabius Maximus, quod ab ineunte ætate aliquanto hebetior videretur, quietemque & taciturnitatem adamaret, neque ad capeſſendas diſciplinas promptitudine aut docilitate ulla præditus eſſe judicaretur, magnamq; de ſe torporis & inſipientiæ ſuſpicionem apud domeſticos concitaſſet, Oviculæ cognomento appellatus eſt. Porro autem in ſacris, cum Ovem offerre Deo admonemur, expertes rationis motus inſipientesque cogitationes, & quæcunque per imprudentiam peccavimus, corrigere jubemur, ut admonet Cyrillus: ſed longe plenius Origenes. Hinc *ωροσθησθεις* appellavit Diogenes virum quendam indoctum, ſed ſplendide veſtitum. Nam & proverbium illud, uti ſuperius, *Oviles mores*, de iis qui minimum ingenio valent dictum invenias. Divinæ etiam literæ plerisq; locis homines divinæ institutionis expertes, indoctilesque nunc Oves, nunc pecora nuncupant, quod in contemplationis ſublinitatem ſuſpicere nequeunt: ſed cum ſoli ſint voluptati dediti, ea imitantur animalia, quæ, ut Græci eſt nominis etymoglyphicum, *ψαλ. 36.*



Oviculæ mores.

D cunque per imprudentiam peccavimus, corrigere jubemur, ut admonet Cyrillus: ſed longe plenius Origenes. Hinc *ωροσθησθεις* appellavit Diogenes virum quendam indoctum, ſed ſplendide veſtitum. Nam & proverbium illud, uti ſuperius, *Oviles mores*, de iis qui minimum ingenio valent dictum invenias. Divinæ etiam literæ plerisq; locis homines divinæ institutionis expertes, indoctilesque nunc Oves, nunc pecora nuncupant, quod in contemplationis ſublinitatem ſuſpicere nequeunt: ſed cum ſoli ſint voluptati dediti, ea imitantur animalia, quæ, ut Græci eſt nominis etymoglyphicum, *ψαλ. 36.*

Vellus mureum. Ovis in ſacris hieroglyphicum. *ψαλ. 36.*